maculauerunt uel nefanda sacrificia cum miserunt laxandam pacem putauerunt. quod utrumque non sine librata diu & ponderata ratione ame factum est
nam cum acies adhuc inter manus esset & proelium gloriosicertaminis inper
secutione ferueret toto hortatu & pleno impetu militum uires fuerunt exci
tandae & maxime laporum mentes classico quodam nostrae uocis animandae
in paenitentiae uiam non solum praecibus & lamentationibus sequerentur.
sed quo repetendi certaminis & reparandae salutis dabatur occasio ad con
fessionis potius ardorem & martyrii gloriam nostris increpitis uocibus proca
rentur. denique cum de quibusdam a me presbyteri & diaconi scripsissent eos
immoderatos esse. & ad communicationem accipiendam festinanter urgere. re
scribentes in epistulam ea quae extat. & hoc addidi quisinimium properant.
habent in sua potestate quod postulant. tempore ipso si plus quam quod pos
tulant largiente acies adhuc geritur & agon quotidie celebratur. si com
missiuere & firmiter paenitet & fidei calos praeualet. quid differri non po
test potest coronari. deo tamen quod statim enumesset certa causam lapso
rum distuli. utcum quiesset tranquillitas data esset & episcopis in unum
uenire indulgentia diuina permitteret. tunc communicato & libratio
de omnium conlatione consilio statuerem. quid fieri oporteret. si quis uero
ante consilium nostrum. & ante sententiam de omnium consilio statuam lapsis
temere communicare uoluisset ipse a communicatione abstineretur. quod
etiam romam adderam. tunc adhuc sine epo agente. & ad confessores maxi
mum presbyterum. & ceteros in custodia constitutos. nunc in ecclesia cum cor
nelio iunctos plenissime scripsi. quod me scripsisse de eorum rescriptis poteris
noscere. nam in epistulas ea transtulerunt. quamquam nobis in tam ingenti
negotio placeat. quod & tu ipse tractasti prius esse ecclesiae pacem sustinendi
deinde sic conlatione consiliorum cum episcopis presbyteris diaconis confesso
ribus pariter astantibus laici facta laporum tractare rationem. addidi
est etiam nouatiano tunc scribente. & quod scripserat suauocerecitante
& presbytero mose. tunc ad hoc confessore. nunc iam martyre subscribente

VI

47v

Österreichische Nationalbibliothek
Digitale Services
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod962/0102